

VENTORVM  
DE VENTIS MERI-  
dionalibus.

Vētorū  
Meridio-  
naliū lo-  
cus, ordo  
& natu-  
ra.

**M**ERIDIONALES uētī calidi nobis sunt, & omnium maximè humili: quorum rex & primarius est Auster, Græcis νότος dicitus: humidus, fulmineus & pestilēs. Cui socium sē præbet, occasū uersus, Austroafricanus, seu λιβόνοτος, pluuiosus & quandoque tonans: sic dictus, quod iumentus sit hinc inde Austro & Africo: adhæc Noto & Libi. Ad Orientis latus Euroauster uel φοινικίας iacet: calidus & humidus, ex una parte habens Eurum, ab altera Austrum: unde nomen habet.

Vētorū  
meridio-  
nal. qua-  
litates ex  
Aristot.

Venti Meridionales Aristoteli sic describuntur. Au- 2  
ster, Euroauster, & Libonotus calidi sunt: sed ex his  
Auster noxius & pestilens. Libonotus humidus ma-  
gis quam calidus. In quibus semper (ut monuimus)  
cæli & locorum rationem præ oculis habebis.

Meridio-  
nales vē-  
ti cur hu-  
mido.

Meridiani uenti, quia à calido loco & retorrido, per 3  
medium Mare mediterraneum (ex quo uapores in  
transcurſu permultos hauriunt) ad septentrionale ſo-  
lum oppositum permeant, idcirco humiditates illi af-  
fatim exprimunt. Septentrionales contrarium agunt:  
ob loci unde proficiscuntur ιΔιοτροπίαι. Quæ ra-  
tio in alia cæli ad terram positione, contrario sē habe-  
bit modo.

Vēti me-  
ridion.  
insalubri-  
bres.

Venti Meridionales alijs omnibus insalubriores no- 4  
bis sunt: nam humidatum & putredinis autho-  
res, fautorésque esse deprehenduntur: quapropter  
illis nec cellaria, nec ædes, nec bibliothecæ, nec  
granaria.